

SCRIPTA

Numéro Scripta : 292

Auteur(s) : Robert de Bellême [particulier]

Bénéficiaire(s) : Picot de Sai [particulier]

Genre d'acte : notice

Authenticité : non suspect

Datation : 1086

Lieu d'émission : Bellême

Action juridique : autre

Langue du texte : latin

Analyse

Notice rapportant un plaid tenu à Bellême en présence de Robert de Bellême, au sujet d'un litige opposant Picot de Sai à Dreux de Coesmes et survenu à propos du douaire d'Adeloia, veuve de Guillaume de Coesmes. Remariée à Picot de Sai, Adeloia désirait conserver le douaire que son premier mari lui avait donné. Voulant rétablir la paix entre ses deux barons, Robert de Bellême pria Picot et son épouse de conserver la moitié du douaire et de concéder l'autre moitié à Dreux, ce qu'ils firent, se réservant toutefois les droits qu'ils avaient sur l'église d'Ancinnes. De son côté Dreux concéda à Picot et à son épouse la moitié du domaine de Roiseum et la moitié du moulin de Gesnes [-le-Gandelin]. En présence de quarante chevaliers et plus, Dreux donna sa foi à Picot et s'engagea à ne pas lui porter préjudice, au sujet de ce douaire, aussi longtemps que vivrait Adeloia, tant pour le partage que pour ce qu'il pourrait acquérir sur le reste du douaire. En cas d'infraction à cet accord, justice sera rendue dans les quarante jours, selon un jugement de la cour tenue à Alençon ou à Lurson.

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. Bauduin Pierre, *Du bon usage de la dos dans la Normandie ducale (Xe-début XIIe siècle)*, dans *Dots et douaires dans le haut Moyen Âge*, Bougard François, Feller Laurent, Le Jan Régine, Rome, École Française de Rome, Collection de l'EFR ; 295, 2002, p. 429-465, Annexe, n° 3, p. 452-454.

Texte établi d'après a

De Picoto de Saio

Notum sit omnibus quod anno ab incarnatione Domini millesimo octogesimo sexto convenerunt apud Belismum, coram Rotberto de Belismo, Picot de Saio atque Droco de Coimis ad placitandum de dote quam Willelmus de Coimis, frater predicti Droconis, dederat Adeloia uxori suæ quam, eo mortuo, Picot despousaverat, et dotem quam ei primus maritus dederat, ut justum erat, ea vivente, volebat habere. Et haec conventio facta est dominica ante Pentecosten proxima. Ibi ergo congregatis multis utrorumque, Picot videlicet et Droconis atque Adeloiae vicinis et amicis, dum de predicta causa placitare deberent aut predictæ curiæ judicio quidquid altrinsecus Droco et Adeloia inter se calumpniabantur adæquare satagerent, Rotbertus de Belismo, volens pacem facere inter barones suos Picot atque Droconem, precatus est ipsum Picot et Adeloiam uxorem suam ut de rebus vel quas de dote habebant vel quas a Drocone calumpniando repetebant, partem in pace et amicabiliter retinerent, partem Droconi cum bona voluntate concederent. Quid plura ? Victi Picot et uxor eius tum domini sui Rotberti cum amicorum suorum precibus, concesserunt Droconi medietatem de dominio quod in ecclesia de Uncinis habebant ita ut presbiterium totum et dominatum presbiteri in sua potestate extra partem solutum et quietum retinerent quatinus et presbiterum

mittere vel si vellent reicere vel etiam de cujuscunque parte æcclesiæ si foris faceret constringere sine consilio Droconis valerent ; ita tamen ut si ab eo foris facturam acciperent, medietatem Droconi donarent. Si autem presbiter Droconi vel de parte Droconis æcclesiæ foris faceret, sicut presbitero de Saio, ita de isto apud Picot seclamaret et de ipsa forisfactura, ipse unam Picot aliam medietatem haberet. Custodes autem decimationis sive unus siue plures sint, utriusque facient fiduciam Picot videlicet ac Droconi. Droco vero concessit Picot et uxori ejus medietatem de toto dominio quod ipse habebat in Roiseio, in die qua hæc accordatio facta est, in supradicta curia Roberti Belismensis, insuper etiam totam medietatem de molendino de Geisnis. Ad ultimum videntibus .XL. vel eo amplius militibus, in predicta curia dedit Droco fidem suam Picot quod fidem inde ei portaret, nec damnum suum quereret vel consentiret in aliqua de supradictis particionibus, quamdiu Adeloa viveret uxor ejus. Misit etiam Droco in eadem fiducia, quod similiter fidem eis portaret de omnibus quaecunque Picot cum uxore sua de remanentibus dotis calumpniis per placitum sibi adquirere valeret. Si autem Droco vel aliquis suus homo Picot vel uxori ejus de aliquo supradictorum injuriam postquam ad rationem missus fuerit, ante quadragesimum diem, justiciam faciet ei secundum juditium curiæ Alentii uel Luercii, quod etiam per predictam fidei dationem fiduciavit et similiter debet facere homini Picot, si ipse vel uxor eius in hac terra non fuerit. Hanc concordiam et fidei dationem uiderunt Rotbertus de Belismo et multi alii.